



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 6. Initium reformationis in Ordine Benedictinorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

gustana, ac denique Joannes Abbas S. Sæcul. XV.
Georgii Dioecesis Constantiensis. Præ- A C. 1417.
ter alia hujus Capituli statuta prohibe-
batur Abbatibus Monasteria lustrantibus,
ne singuli secum ultra duodecim equos
adducerent.

§. VI.

*Initium reformationis in Ordine Be-
nedictinorum.*

Hujus Capituli Statuta Imperator men- *Vander*
se Februario anni sequentis rata ha- *Hardt to. I.*
buit, dictique ordinis reformationem *pag. 1112.*
quidam Monachus nomine Joannes ex
Abbatia Rheinhusana Moguntinæ Dio-
cesis aggressus est. Hunc cum Otho
Dux Brunsvicensis ad Clusensem Abba-
tiæ Dioecesis Hildesiensis evocasset, ut
ibidem reformationem & statuta in præ-
fato Capitulo condita in usum duderet,
omnes Monachi nudo reformationis no-
mine territi discesserunt, solo relicto Jo-
anne, ut ipse Constitutiones, quas sta-
bilire intenderat, etiam colere deberet.
Verum is propterea nil animo fractus,
quosdam Religiosos regularis disciplinæ
magis studiosos collegit, atque obtenta
Brunsvicensis Ducis licentia cum illis ad
quamdam ferme collapsam Abbatiam no-
mine S. Thomæ in Bursfeldia Dioecesis
Moguntinæ se recepit; unde paulatim
refor-

Sæcul. XV. reformatio per universam Germaniam fe-
A.C. 1417. liciter propagata est. Juxta Bursfeldien-
 sis Congregationis normam ducentis ex
 post annis duæ aliae toto orbe celebres
S. Vannes. erectæ sunt, nimirum Congregatio S. Vi-
 ctoris & Hidulphi in Lotharingia, & al-
 tera S. Mauri in Galliis.

§. VII.

*Sessio XXVIII. Sententia contra Du-
 cem Austriæ lata.*

Lahbe Conc. Die Mercurii tertia Martii habita est
to. 12. p. 209. Sessio ordine vigesima octava, in qua
 præprimis discussa est caussa Ducis Au-
 striaci, declaravitque Synodus, citatio-
 nem quidem executioni datam esse, Du-
 cem vero non comparuisse in judicio, ac
 propterea rebellem declarari & perju-
 rum, atque ut talem omni honore ac
 dignitate exutum; statuitque non modo
 illum, sed omnes ejusdem descendentes
 usque ad secundam generationem, necnon
 omnes eidem adhærentes ad quævis ho-
 norum fastigia inhabiles, atque Impera-
 toris judicio tradendos esse. Anathe-
 matis quoque executio Episcopo Tragu-
 riensi demandata suit. Hanc sententiam
 Arragonenses quidem approbabant, il-
 lam tamen clausulam, *Sede Apostolica
 vacante*, impugnabant, eoquod, inqui-
 bant illi, *Sedes Apostolica nondum va-*
caret,